

gulæ multa exempla opponunt : Etenim si quis seipsum occidere volens ab aliis impeditus fuerit : is tamen propterea, ut homicida postmodum non punitur, excepto milite, per l. 38. §. 12. ff. de Pœn. Gomez. Tom. 3. c. 3. num. 14. f. 485. Variar. resolut. Carpz. part. 1. q. 2. num. 44. 45. f. 14. Pract. Crim.

Et quantumvis Tabor certiozem regulam proponat de casu, quò conatus ordinariè puniendus est ; Scilicet, quòd omnis conatus à lege notatus pœna Legis sit afficiendus, nisi in specie illi esse derogatum probetur. Tamen idem cum Bartolo jam tum ad l. 1. §. Divus ff. ad L. Cornel. de Sicariis. statuit Gailius d. l. Conatum ordinariè puniri, quando manifestò apparet Legis aut statuti hanc intentionem, id est, Legem vel statutum in hoc aut illo casu notare conatum ; id est, certa pœna eum vindicare. Sed satis de pœna conatus.

ARTIC. CLXXIX.

De iis, qui per ætatem, furorem, aut aliis ex causis delinquunt.

Von Ubelthätern / die Jugend / oder anderer Sachen halben / ihre Sinn nicht haben.

Wird von jemand / der Jugend / oder ander Gebrechlichkeit halb / wissentlich seine Sinn nicht hätte / ein Ubelthat begangen / das sol mit allen Umständen / an den Orten und Enden / wie zu Ende dieser Ordnung angezeigt / gelangen / und nach Rath derselben / und ander Verständigen / darinn gehandelt / oder gestrafft werden.

AD ARTIC. CLXXIX.

ARGUMENTUM.

Qui ob ætatis vel Intellectus infirmitatem delictum committit, illud Judices cum omnibus & singulis facti circumstantiis ad doctos referre, & eorum consilium requirere debent, quomodo in illo casu procedere, vel etiam punire oporteat.

Pppp

EXE.